" *Angliæ* & *Hiberniæ*; ac in omnibus teneantur, tractentur, reputentur, & " habentur tanquam Fideles Ligei Noſtri, ac Hæredum & Succeſſor' Noſtror' " infra Regnum Noſtrum *Angliæ* oriund': Necnon Terras, Tenementa, Reven- " tiones, Servic', & al' Hæreditamenta quæcunq; infra Regnum Noſtrum *An-* " *gliæ*; & alia Dominia Noſtra hæreditare, ſeu aliter perquirere, recipere, capere, " habere, tenere, emere, & poſſidere, ac eis uti & gaudere, eaq; dare, vendere, " alienare & legare; Ac etiam omn' Libertat', Franches, & Privileg' hujus " Regni Noſtri liberè, quietè & pacificè habere & poſſidere, eiſq; uti & gaudere " poſſint, tanquam Ligei Noſtri infra dictum Regnum Noſtrum *Angliæ* nat' " ſeu oriund', abſq; Impedimento, Moleſtatione, Vexatione, Impetitione, ſeu " Gravamine Noſtri, Hæredum vel Succeſſor' Noſtrorum quorumcunq; aliquo " Statut', Actu, Ordinatione, ſive Proviſione in contrarium inde non obſtan'."

" PRÆTEREA, ut Subditi Noſtri ad Expeditionem hanc prompto & alacri " Animo ſuſcipiend' incitentur; Sciatis quòd Nos de Gratiâ Noſtrâ Speciali, " ac ex certâ Scientiâ & mero Motu Noſtris, tam præfat' modò Baroni de *Bal-* " *temore*, & Hæredib' ſuis, quàm alijs omnib' de tempore in tempus habitandi, " vel cum Incolis Provinciæ prædict' Commercium habend' Cauſa in Provinc' " ill' profecturis, omn' & ſingul' ſua Bona, tam Mobil' quàm Immobilia, " Merces & Mercimon', Annonam etiam generis cujuſcunq; aliaq; ad Victum " & Veſtitum Neceſſaria quæcunq; per Leges & Statuta Regnorum & Domi- " niorum Noſtrorum extra ead' Regna deportari non prohibita, in quibuſcunq; " Portub' Noſtris, Hæredum & Succeſſorum Noſtrorum, in Naves imponendi " & onerandi, & in dictam Provinciam, per ſe, vel Servos aut Aſſignatos ſuos " traducendi abſq; Impedimento vel Moleſtatione Noſtri, Hæredum vel Suc- " ceſſorum Noſtrorum vel aliquorum Officiar' Noſtrorum, Hæred' vel Suc- " ceſſorum Noſtrorum Salvis Nob', Hæredib' & Succeſſorib' Noſtris, Impo- " ſition', Subſid', Cuſtum' & al' pro eiſd' Reb' & Mercandizis debit' & ſolu- " bil', plenam, tenore Præſentium, Licentiam Damus, & Concedimus, aliquo " Statuto, Actu, Ordinatione, aut aliâ re quâcunq; in Contrarium non obſtan'."

Power of carrying Proviſions and Merchandize.

" QUIA verò in tam longinqua Regione, inter tot Barbaras Nationes poſitâ, " tam ipſorum Barbarorum, quàm aliorum Hoſtium, Piratarum & Prædonum In- " curſus veriſimiliter timeri poterint; Idcirco præfato modò Baroni de *Baltemore*, " ac Hæredibus & Aſſignatis ſuis, per Se, vel per Capitaneos, aut alios Officia- " rios ſuos, Omnes Homines cujuſcunq; Conditionis, aut undecunq; oriund' in " dict' Provinc' de *Terra Mariæ* pro tempore exiſten' ad Vexilla vocandi, " Delectus habendi, Bella gerendi, Hoſteſq; & Prædones prædict' (Partes illas in- " feſtantes) Terrâ Mariq; etiam ultra Provinciæ ſuæ Limites proſequendi, " eoſq; (ſi Deus dederit) profligandi & capiend', & Captos Jure Belli occi- " dendi, vel pro Arbitrio ſuo ſervand'; Cæteraq; omnia & ſingula, quæ ad " Capitan' General' Exercitûs Jus & Officium ſpectant, ſeu ſpectare conſue- " verint, faciend', adeo plenam & liberam, ac quivis Capitaneus Generalis " Exercitûs unquam habuit, Dedimus, ac pro Nobis, Hæredib' & Succeſſorib' " Noſtris, Damus Poteſtatem per Præſentes."

Military Power.

" VOLUMUS etiam, ac per hanc Chartam Noſtram præfato modò Baroni de *Balte-* " *more*, & Hæredib' & Aſſignatis ſuis, Poteſtatem, Libertatem & Authoritatem Da- " mus, ut in Caſu Rebellionis, repentini Tumultûs aut Seditionis, ſi quæ, (quod abſit) " ſive ſuper Terram infra Provinciam prædictam, ſive ſuper Alto Mari in Itinere " ad dictam Provinciam de *Terræ Mariæ* faciend' vel inde redeund', oriri con- " tingent, per ſe, vel Capitaneos Deputat' aut alios Officiarios ſuos, ſub Sigillis " ſuis ad hoc deputand', quibus etiam Nos pro Nobis, Hæredib' & Succeſſo- " ribus Noſtris, pleniſſimam per præſentes Poteſtatem & Authoritatem Damus " & Concedimus advers' Rerum novarum, Partium illarum Authores ſeditioſos,

Martial Law.

" Regi-